

DISSERTATIO SCHOLASTICA
DE IMPEDI-
MENTIS SCHOLASTICIS, IV-
VENTIVTEM MAXIMA EX PARTE
retardantibus, ne ad fastigium quoddam

52974. seruditionis pertingat.

In celeberrima totius Livoniæ Scho-
la Rigenſium, cum jufſu & auspiciis Magnifici,
Nobiliffimi & incluyri Senatus Rigenſis in illam
introducetur

RECTOR

M. Aggæus Friderici Friſius Orientalis die Julij
ii. Anno ſalutis inſtauratae 1615. ab eodem
conſcripta & habita.

*Acceſſerunt carmina quadam gratulatoria ab
Amicis ſcripta & tranſmiſſa.*

*Concordia res parva crescent:
Discordia vero magne dilabentur.*

RIGÆ LIVONVM

Excusa Typis Nicolai Mollini, Civitatis
Rigen: Typographi.

VIRIS MAGNIFI-
CIS ET STRENVIS, NOBILI-
TATE STEMMATIS, PRVDENTIA CONSVL-
TATIONIS, FIDE GVBERNATIONIS, AVTORITATE

& experientia rerum præstantissimis ac præmi-

Est A

nentissimis DOMINIS BURGGRAVIO &

Tartu Kivlika Ülikooli
Raamatukogu

Consulibus, Prætori & Senatoribus in-

9129

clyta & Regis Reip. Rigenis dignissimis

Necnon

Spectatissimis & emeritissimis Viris Dn.
Tribunis utriusq; Collegij fidelissimis, Dominis Pa-
tronis, Amicis ac Fautoribus suis honorandissi-
mis, Salut. plurim: à salutis Fonte I. C.

Θεαυθώπω nostro τρισμεγίσω:



Quanti quotidie labores illis sint devorandi,
quanta molestia sufferenda, quanta deniq; in-
vidia toleranda, qui in pulvere versantur
Scholastico, inq; illo consenescere coguntur, verbis vix
viri Magnifici, Nobilissi. Amplissi. Spectatissi. exprimere
poterit ille, qui alioquin pro diserto agnoscatur. Hanc
enim frustra dixit ille: Parentibus & Præceptoribus à
liberis & discipulis parem gratiam posse nunquam re-
ferri. Siquidem illi semper operam navant sedulam,
ut educentur ipsisq; alimentis prospiciatur sufficientissi-

mis:

*mis: Illi semper (si ipsi etiam pii sunt) omnes intendunt
 nervos, ut in pietate artibus & disciplinis informentur
 optimis. Verumq; sanè arduum ac satis superq; mole-
 stum esse hant in viti attestabuntur isti, qui, vel suos,
 vel alienos, enutriverunt & instituerunt. At enim
 verò, cœptione ea propter desistendum? minimè gentium,
 sed strenuè pergendum, & quantum vires permiserint,
 laborandum, ac reliquum DEO committendum cense-
 mus. Et licet interdum, ut fieri solet, Diabolus repu-
 gnet, mundus dissuadeat, caro reluctetur: Maneamus
 tamen in divina vocatione, nullog; modo nos ab ea,
 vel deterreri, vel abstrahi patiamur.*

*Quæ sanè cumq; & mihi ducebam observanda, ni-
 hil morans, quicquid sapiusculè, de loco remotissimo, de
 itinere, terrâ, mariq; suscipiendo, valde periculoso, deq;
 aliis mihi prorsus ignotis, objiciebatur etiam à doctissi-
 mis. Solatio namq; mihi erat maximo illud φαλμοτσα.
 ☉: Angelus Jehovæ castra metatur in circuitu T-
 MENTIVM EVM: Et eripiet eos Psal. 34. v. 8. Psal. 34.
 Solatio mihi erat maximo, quod Jehova sanctis suis An-
 gelis de me etiam esset mandaturus (uti certissime quoq;
 mandavit) ut me etiam in omnibus VIIIS MEIS
 custodirent: ne fortè offenderem ad lapidem pedem me-
 um Psal. 91. v. II. 12. Spiritus enim perhibentur admi-
 nistratorij, in ministerium emissi propter eos, qui hære-
 ditatem possessuri sunt salutis Hebræ. 1. v. 14. maximo*

Psal. 34.

Psal. 91.

Hebr. 1.

etiam mihi erat solatio illud B. Lutheri iudicium de
ludimagistri pij Seduli dignitate, Tom. 5. pag. 187.
asserentis: Einem fleißigen Frommen Schulmeister
oder Magister oder wer es sey / der Knaben trewlich
ziehet vnd lehret / dem kan man nimmermehr gnug
lohnem / vnd mit keinem Golde bezahlen. Noch ist es bey
vns so schendlich veracht / als sey es gar nichts: Vnd
wollen dennoch Christen sein / Vnd ich / wenn ich vom
Predigamt / vnd anderen sachen ablassen konte oder
müßte / so wolt ich kein ander Ampt lieber haben / Als
Schulmeister oder Knaben lehrer sein / Dann ich weiß
das diß Werck negst dem Predigamt / das aller nützlichste
/ beste vnd größte ist: Vnd weiß darzu noch nicht
welches vnter den beiden das beste ist / Denn es ist
schwer / alte Hunde bendig / vnd alte Schälcke fromb
zu machen / Daran doch das Predigamt arbeitet /
vnd viel vmb sonst arbeiten muß. Aber die Jungen
Verwlein kan man besser beugen / vnd ziehen / ob gleich
auch etliche darüber zuberechnen: Lieber laß es der höchsten
Tugend eine auff Erden sein / frembde Leute ihre
Kinder trewlich ziehen: Welches gar wenig vnd schier
niemandt thut an seine eigene Kinder. Solatio hoc omnibus
debet esse Præceptoribus maximo, cum sciant, se tam
gratum DEO præstare officium, nihil relicturo irremuneratum.

Deinde quantumvis à primis unguiculis mihi proposui, votum quasi DEO meo votens, me velle,

Spiritus sancti adiutum auxilio, animum applicare
(quod etiam factum) ad illud studium, sine quo reliqua
nihil, immo sine quo nemo mortalium salutem consequatur
æternam, inq; illo statim servire DEO eo, cum
vocationes offerebantur: In mentem tamen mihi ve-
niebat sententia B. nostri Lutheri fructuosissima: Quos-
libet prius debere aliquantulum desudare in Scholis, &
postea paratius ad munus accedere Ecclesiasticum.

Quibus omnibus motus & affectus, munus, quo jam,
DEO mirabiliter sic disponente, fungor, mihi oblatum,
acceptavi, illiq; etiam ita, DEO me bene iuvante,
præesse studebo, ut nec vos, nec vestros, nec me facti
pœnituisse possit. De quibus cum multum in ipsa disser-
tatione sit actum, actum hic agere nolo: sed causas jam
saltem tres addere volo, cur dissertationem hanc Scho-
lasticam vestris nominibus, & voluerim, & debuerim,
inscribere atq; consecrare. Quarum prima inter alias
est vestra benevolentia, qua me tanquam peregrinum
estis complexi, multaq; mihi beneficia exhibuistis
promptissime. Altera est tempus, quod iam appropin-
quat latissimum, quo xeniola offerri ac distribui solent.
Humilimè ea propter & ego talia offeram & distribu-
am, at chartacea, Altissimè precibus fatigans ardentissi-
mis, ut illud, quod in calce dissertationis est annexum,
confirmare velit clementissime & Magnif: Nobilit: ac
Srenuit: vest: largiri, ingressum novi anni felicem,

progressum feliciorē, egressum felicissimum. Tertia
ut obstacula in dissertatione enumerata, si quæ horum
in Schola vestra occurrerent, removeretis, meq; vestra
in posterum etiam benevolentia complecti hant grava-
remini. Quæ si ipsum in effectum perduxeritis, officium
DEO gratissimum, vobis dignissimum, Reip. Ecclesia,
Schola, præstabitis fructuosissimum. Pro quo DEUS ter
optimus maximus vobis omnibus ac singulis vicissim
largietur omnia, quæ corda vestra desiderarint, quæq;
vobis utilia ac necessaria fore perspexerit ad salutem
vitæ presentis ac paulo post subsequēntis. Quorum
certè nihil secundum promissa psalmista cunctis, qui
die nocteq; in mandatis Altissimi ambulare, illaq;
ad posteritatem incorrupta transmittere gestiunt, est de-
negaturus. Rige è Musæo meo Dominica Adventus
eâ, quâ servator prædicit, calum & terram transitura:
Verbum autē Domini in seculorū secula permanfurum.
Anno **IVDICIVM** Instat orbi.

Magnif: Nobilit: & Strenuit: Vestr:

Observantissimus & officiosissimus,
M. Aggæus Friderici Frisius Orien-
talis, Rector.

Dissert.

*Dissertatio Scholastica de impedimentis
scholasticis.*

Praeclaram certè promeremini laudem, Viri
Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, ut & Re-
verendi, clarissimi, praestantissimi, praecelaram
(dico) promeremini laudem, cum Remp: bene con-
stitutam adepti, providentia divinâ singulari, conjun-
cta cū vestra prudentia & consiliis saluberrimis ad hoc
usq; momentū conservaveritis & à variis malis ac peri-
culis, interitum prorsus minitantibus, ita vindicaveri-
tis, ut quilibet nunc temporis subditorum sub sicu suâ
quiescere, & victum, & amictum, sine ullo impedi-
mento quærere possit. Longè verò praecelariorem conse-
quimini laudem & honorè coram Deo & hominibus,
cum non tantum veram religionem ambabus, quod
dicitur, manibus amplecti, illi hospitium praebere, & sic
Dei gloriam & hominum salutem, quantum in vobis,
promovere omnem moveatis lapidem: sed summa e-
tiam curâ atq; sollicitudine, ut pium decet magistratum,
praecaveatis quam diligentissimè, ne quis vestratium
sefe admisceat machinationibus aut conatibus irriso-
rum, securè Deum eiusq; verbum respicientium, quo
prolperam duntaxat vitâ faciatis & transigatis vestrâ,
prudenter agatis & quævis bona ad posteritatem pro-
pageris. At omnium praecelariissimam experiemini lau-
dem,

cha.
4. v. 4.

dem, mercedem, utilitatem, si schola vestra vigeat, si
schola vestra floreat, si schola vestra ab ingruente cala-
mitate immunis semper custodiatur. Siquidem,
illæ haut immeritò, cum ecclesiæ, tum Reip. perhiben-
tur seminaria, adeo necessaria, ut hisce collabascen-
tibus, collabascerent & illæ, necessum foret. Quod cum
optimè perspectum, cognitumq; habueritis, nullis la-
boribus, nullis vigiliis, nullis etiam sumptibus peper-
cistis, quo schola saltem vestra, quæ ruinam videbatur
minari, erigeretur, ne ulla culpa, si tenera & incauta ju-
ventus negligeretur, ac seduceretur, jure in vos derivari
posset. Quamobcausam operâ ac consilio Reverendi
& Clarissimi viri Dni M. Hermanni Samsonij salu-
berri mis uti & etiam frui voluistis non sine fructu ma-
ximo, maximos in sese suscipientis labores, studiaq; ju-
ventutis promoverè desiderantis maximè. Hunc vero
sublevaturi & Rectorem vestrum virum clarissimum
D. M. Stephanum Teuthorn, cū ob imbecillitatē cor-
poris, tum ob bene merita, rude donaturi & exaucto-
raturi, & vocationem Magnifico tunc temporis D.
Rectori Acad. Witteberg: Celeberr: viro Reverendo,
Clarissimo & Excellentissimo, Dn. Doctore Baltha-
ro Meisnero, S.S. Theolog: professori publico, & præ-
ceptori ac promotori meo æternum colendo, trans-
mittendam curabatis, mentionem meæ personæ (in-
tegro tamen trimestri elapso) fecit admodum Reve-
rendus,

rendus, Amplissimus & Excellentissimus D. Doctor
Leonhardus Hütterus, S.S. Theologiæ professor pub.
primarius etc. Præceptor, fautor ac promotor meus
singularis, singulari observantiæ cultu nunquam non
prosequendus coram Magnifico D. Rectore: qui sine
morâ ac cunctatione præter omnem spem & opinio-
nem meam me eligere, electum testimoniis, uti con-
spexistis, satis honorificis exornare, exornatum trans-
mittere, transmissum vobis sistere concupiverunt, ni-
hil sanè prius & posterius habendo, ac votis vestris ut
responderent piis, honestis, jucundis, fructuosis.

Utrumq; certò propositum, quantumvis divinum,
â solo Deo, hominum corda, quò allibuerit dirigente,
profectum, & ea propter nunquam satis laudandum:
nulli tamen dubitemus, quin hostes nostrarum Eccle-
siarum & scholarum infensissimi, mœrore & dolore af-
fecti, odio, quod nobiscum sibi intercedere cupiunt,
novercali illud fuerint prosequuti, atq; Deum ipsum
in operibus suis sic aspernari erubuerint minimè. Ac
enim vero, non moremur illa, quibus nemini, nisi si-
biipsis noceant, sibiipsis foveam fodiant, sibiipsis in-
teritum accersant, quibusq; nemo, nisi ipsi met marces-
cere ac contabescere cogatur. Morem nos multò magis
geramus Altissimo, severissimè jubenti, ut curemus
liberos nostros in pietate & bonis moribus â teneris

Matt. 7.

Eph. 6.

B

faciendos

Deut. 6.
Lnc. 2.

Plato.

faciendos. Tunc demum proficiant, & in moribus, & pietate, & sapientia, & aetate, & gratia apud Deum atque homines, de hac felicitate sibi congratulantes. Tunc demum summus philosophus Plato Remp: vestram non fore beatam, sed jam esse revera asserere, si praesens adesset, haud dubitaret, & ad Christianam religionem sese si aggregasset, relicto Ethnicismo, vestram Ecclesiam, vestram Remp: vestram scholam, praedicaret omnium beatissimam. Interloqui jam possetis viri Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, vel dubio omnium semoro, cogitare saltem, dicentes: Beatitudinem illam nunc per aliquot annos integros desiderio quidem desideravimus summo, nec non peragenda ea propter peregimus sedulo ac diligenter, & nihilominus ex animi sententia illa, uti debuissent, non succellere? Quae quaesumus fuerit causa? Quae impedimenta? Quae huc usque cogitata? si res ita sese habuerint, nec conjecturae mihi imposuerint, expectetis, quaeso, adhuc paulisper, si non displicuerit, indicare enim vobis, vel saltem in memoriam revocare culpam, in qua plerumque residere soleat, conabor, in medium adducendo ἐμποδίσματα sive remoras, juventutis studia, & sic felicitatem, modo indigitatam, retardantes.

Quod dum, uti pollicitus, ipsum in effectum perducere machinabor, à vobis, viri Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, nec non Reverendi, Excellentissimi, praestantissimi

mi, a vobis inquam obnixissime peto atq; contendo, ut, qui non tantum de re quapiam auditu jucunda, perceptu & observatu utili atq; necessaria, balbutientem auscultandi gratia: verum scholam quoq; vestram ædificandi, disciplinamq; conservandi huc confluere discupivistis, exiguam temporis usuram mihi tribuat, aures benevolas præbeat, prolata æqui boniq; ut consulantur, autoritate & benevolentia vestra efficiatis. Efficiam enim & ego vicissim, sermonis brevitate, dictionis perspicuitate, & materiæ propositæ utilitate, divinâ aspirante gratia, ut, nullius molestiæ vos pænitere, nullius laboris vos pigere, nullius impensæ fructu unquam vos privari posse videatur.

Per multos juniores fuisse congregatos P. C. Audit: optimi ac benevoli, & a senioribus informatos collectu haud difficile fore perspiciemus, si ad primordia saltem temporum respexerimus & observaverimus protoplastos nostros tales instituisse congregationes, quales suffecissent ad institutionem vitæ benè beatæq; in timore Domini transigendæ, nisi posteritas, eorum obsecundare renuisset. Cui nihilominus, ne tota inobedientiæ pœnam lueret, salutem prorsus postponeret amitteretq;, Deus misericordissimus, mortalium miseriâ tactus, manus præbere voluit auxiliatrices, aut patriarcharum vitâ prorogando, aut, uno illorū rebus humanis exempto, alium excitando,

Gen. 40

Callidi-
tas Sa-
tanæ.

liani Apostatæ scilicet) nullatenus poterunt compara-
ri. Etenim in illo hostis generis humani saltem corpo-
ris interitum intendebat, in hoc & corporis & animæ:
In illo vitam homini tantum eripiebat temporalem,
in hoc & temporalem, & spiritualem, & æternam.
Olfaciendo, è scholis tanquam instructissimo arma-
mentario hastas amentatas depromptū iri, & eloquen-
tiæ aliarumq; disciplinarum beneficio usurpatum, ita,
ut, & religio Christiana eò promptius defensari, & gen-
tilium deliramenta eò facilius in nihilū redigi possent.
Ab usu itaq; scholarum & literarum Christianorum li-
beros per Apostatam hunc pessimum censuit arcendos
dicentem: *ὀικείοις πνεῦσιν βαλὼμεθα* h, e, propriis
alias ferimur pennis. Idem factitasse per Mitylenæos
legimus, qui populis à se devictis & subactis, præter
quam quod liberis eorum interdicerent literis, nullam
aliam irrogabant pœnam: atq; hac potius, quam exi-
lio, vinculis, carcere, morte victos coerceri puta-
bant.

Primum hoc *ἐπιόδημα* removebimus nullo nō ne-
gotio & ad Garamantes ablegabimus, si statim primo
ætatis flore, prima religionis incorruptæ fundamenta
juventuri instillaverimus, adhortantes *ἀδελφοί* π τ ω ς. ut
Deū ardentem orare, diligēter parentibus & præceptori-
bus obedire, cuncta fideliter exequi discat temperq; ali-
quid boni agat, ut Diabolus illam inveniat occupatā.

Haut

Haut enim facilè capitur à Diabolo, qui semper bono
vacat exercitio, faciendo quæ sua sunt, & DEO re-
liqua committendo.

Hiscæ verò sepositis, ipsa etiam iuventus maxi-
mo sibi met esse potest impedimento, quo minus il-
lud eruditionis culmen, quod aliàs facilimo labore
attigisset, attingere valeat. Siquidem, quibusdam tan-
tam quidem stupiditatem quasi innatam esse experi-
entia attestatur quotidiana, ut fermè nihil, vel intellige-
re, vel memoriæ infigere, vel retinere, vel quando deside-
retur, depromere queant. Sic de Attico Herodis Sophi-
stæ filio commemoratur, quod tam hebetis fuerit me-
moriæ, ut ne Elementorum nomina perdiscere & me-
moriâ tenere unquã potuerit. Cui malo ut mederetur
parens, quatuor & viginti pueros coævos, à literis co-
gnomina habentes, singulos cum filio simul educa-
bat, ut hac ratione illi saltem insiderent. Nihil itaq;
est tam difficile, quin quærendo investigetur, discen-
do retineatur, exercendo familiaris reddatur, quic-
quid etiam plæriq; otio duntaxat dediti, prætendant.
Etenim quod quæritur, acquiritur, quod negligitur,
abigitur, & difficilia studio assiduitatis vincantur. Ad
quæ vincenda nulla ætas videri potest sera: quod etsi
senes magis decet docere, quam discere: magis ta-
men decet discere quam ignorare. Turpe enim est
cedere oneri & luctati cum officio semel recepto,

2. Disci-
puli,
qnorū

I. Stupi-
tatis.

August.

nec pro viro forti & strenuo habetur, qui laborem fugit, nec crescit illi animus ipsa rerum difficultate, cum nihil fuisset, quod non expugnasset pertinax opera & intenta ac diligens cura, si manum aratro admovisset, nec unquam respexisset. Hoc probè Solon cum Cicerone intellexit, cum de se scribere non veretur: *γράφου δὲ ἔϊ ποῦ καὶ διδασκόμενος*, Cicero verò Græcicas senex didicit literas: Et sic licet alterum pedem in cymba charontis haberemus: Adhuc tamen aliquid addiscere deberemus, Desidiæ namq; ac luxuriæ pleni, otio diffluentes inertissimo, rarò ad bonam redeant frugem, & laudabile quidpiam peragant. Nihil enim agendo malè homines agere discunt, facilè in errorem pertrahuntur, & à Diabolo, cuius pulvinar otium, capti, ad quævis delicta contra conscientiam committenda, alliciuntur. Democritus itaq; interrogatus, quàm re industrij ab inertibus differrent? Respondit: quàm impij a pijs: spes enim bona, laboribus quippè incumbens, suæ industriæ præmium sperat amplissimū: jgnavus autem desperans, nullam habet bonorum futurorum spem, quàm fulciatur. Hinc Philosophus quidam, cum duos haberet discipulos, alterum laboriosum, sed hebetis ingenij, alterum ingeniosum, sed ignavum: ambo, dicit, pereatis: quoniam tu cum velis, non potes, tu verò cum polys non vis, sed otio desidiaq; torpescere ac tabescere delectaris.

Democritus.

Alterum

Alteram, quam brevissimè attrigimus, remoram,
 tanquam comes individuus comitatur, postremo
 jam à nobis loco posita, *φιλανθία*, omnium ferè pelsi-
 ma, jacticans inanem, vel eruditionis persuasionem,
 vel divitiarum aut stemmatū imaginationē. Quarum
 prior tale profectus obstaculū dicitur, quo quispiam
 mavult doctus videri, quam esse; splendide vestiri,
 quàm erudiri; externè exornari, quàm internè emen-
 dari; gloriolam quandam vanam venari, quàm erudi-
 tionem veram aucupari, quo deniq; mavult in aère pi-
 scari, oleumq; sic & operam, quod adagiis dictū, per-
 dere omnem & pudeferi, quàm doctus evadere inq;
 honore haberi. Hoc sanè magno cum suo expertus est
 malo quidam puer barbarus, qui, cum venisset Athenas,
 magnus sibi (ut isti solent, qui omnem fermè sub-
 stantiam tempusq; omne deambulando, ludendo, po-
 tando, absumpsere) videbatur, quod Græcas literas
 tres addidicisset, α, β, γ. Cumq; in patriam remeasset,
 magno popularium favore exceptus, contra prætorem
 quendam, Græcè concionantem, positus est, qui poste-
 aquam peroravit, ut erat vocalissimus, exclamare per-
 rexit, α, β, γ: quo clamore prætor perterritus, siluit. Bar-
 bari vero suū civem vicisse existimantes, illum magno
 cum applausu domū reducerunt. Eodē modo adhuc
 sæpius decipiuntur ab indoctis indocti parentes, Me-
 coenates, populares, fratres, cognati & agnati, falsò

2. Φι-
 λαν-
 θία
 seu ina-
 nis, vel
 eruditio-
 nis, vel
 facultate-
 rum per-
 suasio.

1. Erudi-
 tionis.

sibi persuadendo, neminē unquam doctiorē evasisse,
talemq; sese prastitisse virū, qualem iste, de quo sermo
sele prastitisset. Prastitisset sanē & ad fastigium erudi-
tionis aliquod etiam pervenire valuisset, nisi opinione
persuasus inani, se ad illud pervenisse existimasset.
Quod egregiē Philosophus adolescentulum, magnificē
de se sentientem, quasi solus esset *αὐτὸς ἴσῃς*, sed nul-
la tamen scientiā praditum, conspicatus, reprehendit
ac reprehendit, dicens; Adolescentule, utinam talis esses,
qualis ipse tibi videris: qualis autem revera es, tales fi-
ant hostes mei insensissimi. Talis quoq; fiet iste, qui
de divitiis, familiis, aliisq; hisce futilibus & anilibus glo-
riari nunquam desinat, virtutemq; semper post num-
mos quærere gestiat. At enim vero, audi tu mi homo,
qui quis es paucis enim te volo alloqui, non verbis me-
is, sed poetæ cuiusdam egregiē sic intonantis;

Esse tamen vel sic bestia magna potes:

Adde decus patriæ & claros tibi sume propinquos,

Esse tamen vel sic bestia magna potes:

Sint tibi divitiæ, sit larga & multa supellex,

Esse tamen vel sic bestia magna potes:

Deniq; quicquid eris, nisi sit prudentia tecum,

Magna quidem, dico, bestia semper eris.

Immo:

Sint tibi Gallorum Rex & Regina parentes,

Et maneat virtus pectore nulla tuo:

Non

Non plaris faciam te, quam tibi rustica mater

Si sit, & ignotus rusticus ipse pater. Et enim,

Hic, hic murus aheneus esto,

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Hic scopus unus erit, cunctis prodesse, nocere

Nemini; amare bonos & tolerare malos.

In hisce gloriare, in his te exerce, &

Disce libens, quid dulcius est, quam discere multa.

Cum discantur comitentur opes, comitentur honores & comitentur bona alia quā plurima. Hisce reliquas superadde virtutes & in posterum à tali gloriatione vana & inani te segreges, velim, ne tibi eveniat, quod geminis cuiusdam patrisfamilias filis, quibus moriens egregiam reliquerat sepellectilem, nec mediocrem olei tumam, quo ad nocturna uterentur opera, tenebrasq; evigilandas. Quorum alter ex illis in conviviis ac coenaculis oleum consumpsit, ex eoq; brevi ad inopiam sese redegit, alter vero dabat operam literis, oleoque nocturnis in lectionibus utebatur, posteaquam ad summas evehctus divitias. Coeptum igitur est de utroq; per urbem eiusmodi cantari carmen: Hic oleum & te perdidit, dum ad candelas coenitae: ille arcam et ledit, dum ad lucernam lectitae. Videte adolescentes optimi & memoria tenere fideli, quod tales tandem se qui soleant fructus inertiae, ambitionis, ostentationis. De quibus tantum adduxi in medium quantum habi-

Horat.
libra 1.
Epist. 1.

ta temporis ratione, & potui & debui. Mora itaq; omni
leposita, me nunc ad altera accingam *ἐμποδίσματα*,
nullus omnino dubitans, quin Magnificentiæ ac Rev.
vestræ excellentiæ eadem, qua hæctenus, me complexæ
fuerint benevolentia, benignè mediocriter dicentem
audiendo, balbutiemq; patienter adhuc paululum
sufferendo.

Compertum habemus P. C. auditores benevoli,
experientiæ edocti quotidiana, non hostem tantum
generis humani, non discipulorum saltem stupiditatē,
nec desidia m, nec *φιλαυτίαν*, nec vanam ac inanem, vel
eruditionis, vel facultatum, vel stemmatū, vel aliarum
rerum ostentationem semper esse in culpa: Sed quan-
doq; præceptorum etiam & pædagogorum impieta-
tem, inscitiam, pigritiam, invidiam, discentes impe-
dientem, quò minus eò, quo tendebant & pervenisse
quivissent, pervenire queant. Etenim, si ab horrendo
isto vitio, primum merito obtinente locum, & reliqua
prodacente cuncta, capiamus primordia; asseramus in-
dubitato, quod, ubi illud radices egerit, ibi nulla sit
Dei benedictio: ubi verò nulla Dei benedictio, ibi fru-
stra laborant docentes, frustra laborant dilcentes, fru-
stra quoq; laborant orantes. Siquidem, qui Deus
Dei benedictionem respicientibus benedicat? Qui De-
us quotidie in delictis sese volutantes, tanquam sus in
volutabro, exaudiat? Qui postea ille, quem Dux Spiri-
tus

tus sanctus amplius ducere renuit, aliis viam monstret
veritatis? Quis tandem ille, qui nullum ipsemet erga
Dei verbum sentit amorem, qui illibenter illud audit,
ilibenter illud loquitur, illibenter de Christo cogitat,
dicat, scriptitat, ad talia inflammet alios peragenda?
Etenim, qui Spiritus S. illis, à quibus recessit, adsit in-
que omnē illos ducat veritatē? Spiritus multo magis
appropinquabit mendacij, nihil relinquens intentatū
ad tales decipiendos, seducendos, & in varios errorum
labyrinthos præcipitandos. Quo facto, meræ sequen-
tur tenebræ, ignorantia apparebit mera, mera etiam
conspicietur confusio, confusè omnia proponens, di-
sponens, docens ac demonstrans. Vbi statim in fronti-
spicio copia occurrit lectionum tam variarum, sine or-
dine prorsus dispositarum, quibus discentium ingenia
obruuntur oneranturq; ita, ut vix respirare queant, sed
fermè succumbere rogantur: quæ obstaculo juven-
ti teneræ esse perhibentur ab omnibus eruditis maxi-
mo. Nam scribere hac de re admodum præclare con-
suevit Erasmus, inquiring: ut vascula oris angusti super-
fusam humoris copiam respuunt, sensim autem influ-
entibus vel etiam instillatis complentur: Sic animi
pærorum quantum excipere possint, videndum est.
Maiora enim intellectu, vel ut parum apta ad percipi-
endum non subibunt, quia

2. Inscel-
tiaquam
sequi-
tur

1. Copia
lectionū

Erasmus

Pluribus intentus, minor est ad singula sensus.

Ordo
rapo-
cerus.

3. Multi-
tudo ho-
tarum.

4. modo
ediscen-
di sine
intelle-
ctu.

Præsertim cum ordine prorsus præpostero, quo a-
spectu nihil fœdus aut deformius, quo rebus incom-
moda multis adferuntur, sunt proposita: Cumq; ar-
tes & disciplinæ præponuntur linguis, & progressio fit
ad aliam, fundamento prioris nondum absoluto, per-
cepto, retento. Quibus sanè ansam multitudo ho-
rarum præbere solet non exiguam, quæ tædium lectio-
num diversarum ediscendarum in classibus interdum
ultra tempus distentis, ac præter voluntatē commo-
ranibus procreetur, necessum esse, quis inficiabitur?
Cum è contra liberalia liberaliter velint tractari inge-
nia, motuq; spontaneo cuncta peragere & expedire de-
lectentur. Proposito vero huic certè non contemnen-
do, modus saniorum iudicio pessimus memoriæ in-
figendi etiam ea, quæ omnino captum infigentium
excedunt, vel parum illis afferunt utilitatis, & eapro-
pter, nec capere, nec ediscere, nec retinere queunt,
prorsus adversatur. Coguntur enim interdum ij, qui
nondum literas rectè norunt colligere, declinare, con-
jugare, vocabula secundum præcepta Grammatices
resolvere, conjugere, exhibere. Coguntur interdum
alij orationes recitare tales, & quidem memoriter, ut
memoriam exerceant, quales nunquam intellexerunt,
vel tenere memoria possunt. Hebdomade namq; una
vel altera elapsa, nec initium, nec medium, nec finem
illos rescire experientia attestatur. Quorsum igitur tale

onus

onus humeris quibusdam impar? quorsum inquam
illud, ex quo ad suscipientes nullus redundat fructus?
Modum si memoriã volunt exercere, habent fructu-
osiorum magisq; necessarium memoriæ mandandi il-
la, sine quibus in studiis, linguis, artibus & facultatibus
felicem torriri nequeunt progressum. Experiuntur
namq; illud, quod asseruimus, fermè quotidie illi, qui
cum explicatis autoribus, vel latinis, vel græcis, & re-
solutis, interrogati, neq; literas, neq; natare, uti habet
proverbium, addidicere. Qualianam per Deum im-
mortalem dabunt responsa interroganti, si terminos
nonquam recte attingerint Grammaticos, Rhetoricos,
Logicos? Quomodo mentem explicabunt suam, ter-
minorum istorum explicatione informandam intel-
ligentiã illorum promptam paratamq; reddendam,
si illos explicatos, vel non audiverint, vel auditos non
intellexerint, vel intellectos non retinuerint, vel reten-
tos vicissim respuerint, tradiderintq; oblivioni?

Quod facilimè illis accidere poterit, si plura non
adeò necessaria memoria complecti coguntur; Cum
primis, quando græci resolvuntur autores, in eum fi-
nem profectò prælegendi minimè, ut exinde artificium
Rhetorices & Logices cognoscatur & ediscatur. Sed
tantum, ut ex illis tanquam ex ipso fonte puritas lingua
dulcius hauriatur. Quæ enim esset soliditas, si qui
discipulum suscepisset, in primis linguæ Romanæ fun-

5. Modus
repeten-
di sine
intelle-
ctu inu-
tilis.

6. Reso-
lutio au-
ctorum
græc.

tis erudiendum, & Ciceronem eloquentiæ parentem in manus sumere vellet, inq; illo dispositionem monstrare elegantissimam, & flosculis oratoriis refertissimam? Nonne derisui sese exponeret? Nonne discipulum magis impediret quam erudiret? Aliter verò res sese haberet, si tales linguam ex parte calleret prædictam: tunc sine obstaculo ad rerum & dispositionis cognitionem accedere posset perdiscendam. Quod de incipientibus linguæ, sive Hebrææ, sive Græcæ, sive Romanæ, nemo facile affirmare & concedere audeat, sibiq; præsumat.

ἀλεξί-
φάρμα
κα

quæ sub
mini-
strantur
1. a disci-
pulis, ut
Sunt: bo-
na 1. ani-
mi.

2. Corpo-
ris
3. Fortu-
naturum.

studiorum
requisi-
ta.

Impedimentis hisce brevissimè enumeratis saltem ac rudi, quod dicitur, minerva delibatis, audit: benevoli, quantumvis plurima possent superaddi, nos hac tamen vice commemoratis contenti, ἀλεξίφάρμακα censemus cōquirenda atq; obstaculis modo indigitatis opponenda. Quod nullo non labore præstitissemus, si illa, quæ bonarum artium studiose aliarumq; rerum cupido, & in virum doctum evasuro, videantur necessaria, adduxissemus, Dei videlicet timorem, parentum amorem, superiorum honorem, scientiæ cupiditatem, ingenij acumen, memoriam tenacem, bonam valetudinem, victus vestitusq; mediocris facultatem, loci ac temporis oportunitatem, animi tranquillitatem, præceptoris fidelitatem, librorum multitudinem, studiosorum consuetudinem, studiorum ordinem, modum

& perseverantiam etc. Si inquam talia talibusq; consimilia adduxissemus, inq; cunctis deprehendere potuissemus: Cuncta tunc *κατα* fuissent remota, cuncti quoq; tempestive ad bonam frugem pervenire possent.

Verum enim verò, licet omnia consequi, omniaq; in omnibus reperiri arduum & longè difficilimū conspiciamus, ideoq; doctos viros in omni seculo pererratos fuisse ipsimet confiteamur: eam tamen ob causam literarum studiis statim nos non abdicemus: sed multo magis strenuè pergamus, officioq; nostro *καθύναμι* satisfacere studeamus: Tunc, divina favente gratia, illud nostro studio labore & sudore sumus paraturi atque reportaturi, quod alij suis divitiis aliisq; commoditatibus vix assequantur. Imprimis cum Deus noster gloriosus unicuiq; tantum, quantum ipsi utile fore percipere, concedere & largiri non fuerit dedignatus: modo ille donis bonisq; Dei sui non abusus, atq; sic meritò concessis rursus fuerit privatus. Etenim, qui magnarum rerum apicem tum & studiorum gloriam attingere quærunt, somni & vini abstinentissimi sint, oportet, cum utrumq; inimicissimum sit diligentiae. Siquidem inquit Homerus perquam elegantissimè, ut Silius reddidit lib. 3.

Turpe duci totam somno consumere noctem.

D

Quo-

z. Vini
somniaq;
abstine-
tia.

Agessilas

Quomodo & Agessilas somno se uti dicebat, non
ut Domino, sed ut rebus agendis servienti, & $\delta \epsilon \omega \pi \delta \tau \eta$
& $\alpha \rho \chi \omicron \mu \epsilon \nu \omega \delta \omega \tau \alpha \nu \pi \rho \acute{\alpha} \xi \iota \omega \varsigma$.

Horribi
lia Ebrie
tatis ef-
fecta.

Vbi namq; Ebrietas dominabitur, ibi succedit
extemplò voluntaria insania, expellens spiritum, delens
rationem & sapientiam, extinguens omnes vires cor-
poris, contaminans conscientiam, inflammans ad om-
nis generis flagitia, perdens famam, perdens substanti-
am, perdens animam & corpus, & ad inferos tandem
detrudens. Atq; qui talibus non deterreantur, nec à
malo consortio abstrahantur, sed libentius illo gaudēt,
sibi habeant, sibi imputent, sibi maledicant, cum vo-
lenti nulla fiat iniuria, qui bene monenti nunquam
non reluctatur. Quod enim tempore Aristotelis illud
etiam adhuc nostro seculo exulcerato, ac penè concla-
mato, proh dolor, experimur: plerisque dulcius est
dissolutè vivere quam modestè.

Pietas
& dili-
gentia
discētis
ad maio-
rē exci-
tāe dili-
gentiam
docen-
tem.

Nemo igitur mortalium demiretur multorum
stupiditatem, plurium ignorātiā, plurimorum pigri-
tiam, corruptionem, confusionem, cum, nec velint, nec
deinde possint, istam deponere malitiam. Quam si de-
ponerent, præceptores etiam lectionum ac horarum
copiam, si qua esset, aversarentur, modum thema quod
dam proponendi, repetendi, resolvendi, si perversus &
præposterus videretur, corrigerent; omnemq; desidi-
am, omnem invidiam & obstacula alia procul à se a-
moverent

moverent omnia & segregarent. Et si quæ ulterius de-
siderarentur, vel in vitæ transactione, vel in conversati-
one, vel informatione, pium istum iuvante conatum,
non negligenter, sed à superioribus monerentur & e-
mendanda procurarentur. Quo sic tandem nihil de-
ficeret, quod ad discipulorum facere posset eruditionem,
institutionem, redargutionem, correctionem. Vbi sa-
nè neminem, sive pauperum, sive divitum, sive mino-
rum, sive maiorum, sive felicitis, sive hebetis ingenij, præ-
terire audeant. Sed ut maximi medici minores quoq;
morbos optimè sanant: ut boni agricolæ est nosse ter-
ram, quam colit: ita doctissimi præceptores & mini-
ma optimè doceant studeantq; imprimis cuiusq; in-
dolem & ingenium cognoscere: neq; enim eadem om-
nibus adhibenda. Præsertim, cum adhuc rudia tracta-
bunt ingenia, ad plura & difficilia cognoscenda, nec
idonea, nec assueta, non statim illorum infirmitatem
onerare, sed temperare vires, & ad discipulorum intelle-
ctum descendere debebunt. Hoc effecto, plurimos de-
prehendent, quibus calcaribus, paucos verò, quibus
freno opus esse videbitur. Interim tamem omnibus
danda est aliqua remissio, non solum, quia nulla res re-
peritur, quæ continuum perferre possit laborem, atq;
ea quoq;, quæ sensu & anima carent, ut vim suam
servare queant, veluti quiete alterna retineantur, sed
quod studium discendi voluntate, quæ cogi non po-
test, constare sentiamus.

Cic. lib.
de Rep.

Proinde ó studiosi juvenes, qui hic congregati, meaq;
fidei ac disciplina commissi, vos appello, qui a natura
noverca in lucem editi, corpore nudo fragili ac infir-
mo, animo anxio ad molestias, humili ad timo-
res, debili ad labores, proclivi ad libidines, in quo di-
vinus ignis sit obrutus, ingenium & aures, teste Tullio
Romanæ eloquentiæ parente, adiuti estis, liberati estis,
beati estis, cum tales jam vobis sint constituti præce-
ptores, qui disciplina compositum reddant animum
vestrum & tranquillum, qui compositum efficiant om-
nem corporis statum, nec non & mentis habitum; qui
cervicem submittant: qui supercilia ponant: qui vul-
tum componant: qui ligent oculos: qui cachinnatio-
nes cohibeant, qui linguam moderentur, qui gulam
frenent, qui iram sedent: qui incelsum informant, ita,
ut secundum Lycurgi legislatoris Lacedæmoniorum
mandatum per vias publicas incedentes, manus sub
pallio contineant, taceant ac nusquam circumspiciant,
sed humi oculos habeant defixos: utq; non immerito
propterea duces vestri itineris salutaris ac Magistri vir-
tutis appellentur. Oigitur studiosi juvenes, vos iterum
iterumq; prædico beatos, qui illo degitis tempore, quo
multi concupiverunt, sed nequi vère: Oigitur juvenes,

3. Dili-
gentia.
Hesiod.

Ἐστὶν ἄνθρωπος ἰσοῦνται ποιεῖσθαι καλῶς

Estas non semper fuerit, componite nidos!

O studiosa juventus,

Disce

Disce bonas artes, per quas Ecclesia crescit,
Dum datur ingenio disce iuventa frui!
Quem iuvat ignavo semper torpescere luxu,
Huic sedit à tergo pœna parata comes,
Ita, ut cum cicada, per atatem cantante, & serpiente
brumâ, indigente, omni postea ope destituatur,
At tu dum primi floret tibi temporis atas,
Utere: non tardo labitur illa pede.

Quod si segnis eris, errabis, transiet atas
Quàm citò, non tardis stat remeatq; dies.
Et quantum vis
Sponte tua discas, nullo monitore coacta,
Qua cupis egregij nomen habere viri:
Acer & ad palma per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.

Quamobrem ab omnibus libenter discas, quod
ignoras, observando illud Senecæ quam diligentissimè:
Quæ nosti sine arrogantia postulanti imperties: Quæ
nescis sine occultatione ignorantix tibi postula impar-
tiri. Imiteris Demosthenem, dolere se aientem, si quan-
do opificum antelucana victus esset industriâ, tunc
brevi ostendet & feret fructus futuros demerendos ac
percipiendos. Emuleris Senecam, cui nullus per otium
dies exivit, sed partim noctium studiis vendicavit, non
vacans somno, sed succumbens, & oculos vigiliâ in
opere detinens fatigatos & cadentes. Scitèris Aristotelè,

Aristot.

Cleas
Philosf.

qui, cum se ad quietem componeret, pilam in manu habebat æneam, cui suberat vas æneum, ut si pila è manu excidisset, sonitu ad sua studia & contemplationes excitaretur. Amplexèris Cleantem Philosophum, inopiâ se mercenarium facientem, ac noctu inhaurientis aquis victum sibi comparantem, interdium verò liberalibus studiis operam dantem. Conferas itaq; te ad bonarum artium studia, si pauper es citius ac diligentius, illisq; sedulò ac diligenter incumbas, tunc de meliori conditione tibi potest prospici quàm Philosopho Cleanti, & brevi ditesces, aut quod magis è re tua erit, opulentiam non concupisces: Sin verò divitiis abundas, plus olei ac vini tibi insumendum credas, si quid laude dignum præstare cogitabis.

5. Aversio
tatio
multo-
rum.
Seneca
Episto.

Aversèris quoq; conversationem multorum, quam admodum eleganter Seneca depinxit Epistola 7. tanquam Christianus, oraculis divinis edoctus ac instructus, pietati & studiis tuis inimicam: Nemo, pergit, non aliquod nobis vitium, aut commendat, aut inprimit, aut nescientibus allinit. Vtiq; quo maior est populus, cui commiscemur, hoc periculi plus esse videmus. Avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imò vero crudelior & inhumanior. Quare id mi Seneca? quia inter homines fui. Necessè est, aut imiteris eos, aut oderis. Vtrumq; autem devitandum est, ne vel similis malis fias, quia multi sunt: neve inimicus multis, quia
dissimi-

dissimiles sunt. Recede in teipsum quantum potes : cum his versare , qui te meliorem facturi sunt : illos ad- mitte, quos tu potes facere meliores. Vnde Socrates ju- bebat Adolescentes sæpe in speculo se contemplari, ut si essent deformes, eam corporis deformitatem pulchri- tudine animi compensarent : si formosi , ut nihil indig- num egregiâ formâ committerent, juxta illud , si for- ma liberali præditus es , cave ne vitiis eam dehonestes : Sin autem deformem te natura produxit, quod corpo- ri deest , animi cultu stude compensare. Stude & tu ô studiosa juventus compensare, quantû poteris, quo ad vixeris , quæ Deus, quæ parentes , quæ præceptores , quæ Mecœnates, quæ fautores, quæ promotores, tibi exhibuerint beneficia , & exhibita nunquam oblivio- ni tibi persuade tradenda. Compensabis vero ex parte memoriâq; semper tenebis fideli, cuncta , si Deum metueris, parentes ac præceptores amore prosequuta fueris, superiores ac seniores honoraveris, & summa- tim omnibus benefacientibus animum gratum obtu- leris, precesq; ad Deum pro omnibus fuderis libentif- simè. De Alexandro Magno, optimè hæc observante, refert Erasmus in Apophthegm atis, quod Aristotelè, cui puer formandus erat traditus, post Deum summa prosequutus sit veneratione , dicens : Se illi non minus quàm patri debere, cum à patre vivendi, à præceptore bene vivendi initium accepisset. Quod Diogenes

Laertius in
vitasoc.

6. grati-
tudo erga bene-
factores

Erasmus

Laertius reperiisse videtur, scribens: parentes, qui liberos erudiendos curassent, longè honorabiliores esse his, qui solum genuissent. Hos enim vivendi tantum, illos etiam bene beateq; vivendi autores esse. Hos sequimini parentes pij, & liberis vestris tali prospicite thesauro, qui simul enatabit, quemq; secum facillimè portare quibunt, & fures, licet quæsitum, invenire & effodere nequibunt. Hunc vos studiosi adolescentes amabamus, quod dicitur, manibus amplectimini, & strenuè pergite, ut facitis adolescentes, atq; in id studium, in quo estis, diligenter incumbite, ut, & nobis honori, & amicis utilitati, & vel Ecclesiæ, vel scholæ, vel Reip. emolumento esse, & Deo sic tandem vestro deservire possitis.

Nunc ad vos collegæ præstantissimi, doctissimi, exoptatissimi, accedo, obnixè rogans, ut, quæ admodum Deo vivitis piè, vobis castè, proximo justè, mecum concordiam, qua parva etiam crescunt, alere, & in conversatione suaves, in laboribus devorandis fideles esse velitis, ne Deum nostrum clementissimum ad iram commoveamus, adversarius ansam calumniandi præbeamus, proximum lædamus, neve, quod omnium gravissimum, de quo etiam aliàs gravissima reddenda erit ratio, pusillorum ullum scandalizemus. Demus multo magis operam, ut in timore Domini educantur, in bonis moribus ac disciplinis informantur, ut promissa

fi

Adhortatio ad parètes pios

Cic. lib. 1. de orat.

2. a præceptoribus per 1. Concordiã

Matt 18
2 Educa-
tionem
fidelem

sic serventur, quàm fidelissimè, quo bonam retinea-
mus conscientiam, trophæa statuentes, & adversariis
os obstruentes, quibus Ecclesiæ, nihil salubrius, scholæ,
nihil utilius, Reip: nihil gratius, subditis, nihil pulchrius,
posteritati, nihil laudabilius, à nobis relinqui posse vi-
deatur. Vivamus sic etiam atq; munere nobis deman-
dato perfungamur, tanquam Deus videat, tanquam
quotidiè moriamur, coram justissimi judicio apparea-
mus, & villicationis nostræ rationem reddamus.

Qua verò illi appareant conscientia, inter quos
nullus unquam conspicitur consensus, nullus labor
suscipitur conjunctus, sed quotidiè seruntur lites, se-
quuntur dissensiones, similtates, suspiciones, traducti-
ones, aliaq; infinita, quævis bona retardantia, depræ-
henduntur. Quæ appareant conscientia, qui discipu-
los negligere, malo illis exemplo præire, omnem de-
linquendi licentiam permittere, & tantùm, vel aucu-
pandæ alicuius gloriolæ, vel captandæ benevolentia, nō
verò Deo piè deserviendi, officio suo diligenter defun-
gendi, digniq; illo vivendi causa adesse cupiunt? Ete-
nim quomodo excusati fuerint, calumnias invidenti-
um, scommata adversantium, hisq; consimilia devi-
taverint, si ita degere non erubescant? Quomodo, in-
quam, tales coram Deo & hominibus tunc erunt ex-
cusandi? Excusandi verò erunt coram utroq;, si officio

E

suo

3. vitam
in culpa
tam

suo satisfacere studebunt, atq; parenti octoginta libros
mares habenti auscultare non verebuntur. Hic namq;
moriturus fasciculum iaculorum singulis porrexit, ius-
sitq; frangere. Illud verò cum singuli recusassent, quod
fieri non posset, ipse singula iacula exemit, atq; ita fa-
cilè fregit omnia, filios admonens his verbis: Si con-
cordes eritis, validi invictiq; manebitis, contra si dissi-
diis & seditione distrahemini, imbecilles eritis, & ex-
pugnati faciles. Sic illi sanè distracti, admodum imbec-
cilles judicabuntur, qui ad tales magnos in scholis la-
bores devorandos omnes prouo viro stare detrecta-
bunt. Etenim, ut in corpore, ex humidi, frigidi, cali-
di, sicci temperatura, optima fit corporis constitutio:
Sic ex collegarum concordia maximè floret quicquid
peragendum suscipiatur. Illud Agesilaus ^{δφθαλμοφ} α-
γεσίλας demonstrat, à quodam percontatus, quàm ob
causam sparta mœnibus non cingeretur? ostendit ci-
ves armatos & unanimes, hi inquam, sunt spartæ ci-
vitatatis mœnia. Siquidem alteri idem interroganti re-
spondit, Civitatem non saxi lignisve, sed prò vallis
ac mœnibus incolentium virtute muniri oportere;
quo, si jungit concordia, nullus potest esse murus in-
expugnabilior. Quod si de ullo verum agnoscat, cer-
tè de juventute informanda & emendanda verissimū
esse nemo non intelligat. Ibi enim conjunctis viribus
plura, disiunctis verò nihil, nihil inquam, effici potest,

cum

cum unus ædificet, alter destruat, unus prohibeat, alter permittat: unus affirmet, alter perneget, unus asserat, alter refutet, & quæ huius generis alia sunt quam plurima, quibus studia juventutis non provehantur sed impediuntur, Præclare eamob causam Lycurgus, ut Spartæ quisquis ex civibus quemcunq; puerum indecenter aliquid facientem vidisset, eadem libertate & autoritate, quâ liberos suos, eum objurgare & verberare posset, instituerat. Quin etiam turpè habebatur, quod ab alio verberatus foret, nisi pater eum duplo amplius verberaret. Et si quis abs quopiam castigatus, querelam ad patrem detulisset, patri profectò non honori erat, si hoc audito, filium, ut sæpe fieri solet, excusasset, & castigantem accusasset, sed multo magis turpe, si non iterum emendasset. Ea verò res, quoniam minuebat aliorum seniorum autoritatem, cum pueri à præceptoribus cæsi, decorum severitate apud parentes quererentur, hanc liberis suis occluserunt fenestram, ut omnium seniorum & præceptorum in pueros esset autoritas, quæ patribus. siquidem ex institutione maiorum habebant hanc de se mutuò fiduciam, ut crederent neminem esse, qui cuiusquam liberis, quos quisq; pro suis habebat, quicquam imperaret inhonestum. Mos quoq; erat, ut adolescentes quopiam abituri, à senioribus interrogarentur, quo irent & ad quid: Obiurgabatur autem, qui vel non responderet percontanti, aut

Lycurg.

Hoc facientes liberos suos nò diligunt sed odio psequuntur & p dunt.

Derwer sein Kindt lieb hat der heft es stete vnter die Ruete etc.

Syrac 30. v/1. 3. 4. 5. 6. 7.

8 5 10. frivolas causas recitaret senior qui non obiurgarat adol-
lescentem, ipso praesente, delinquentem, eidem panæ
erat obnoxius, quam daturus erat, si peccasset ipse.
Cæterum qui obiurgationem molestè ferebant, in ma-
gno erat probro: meritò puerorum errata imputantur
iis, quorum partes erant ea, vel arcere, vel corrigere.
Simul autè magna necessitas habebat seniores, nequid
testibus adolescentibus præter *τόπρεπον* ac decorum
committerent. Nam quâ fronte obiurgarent juniores,
si ipsi senes essent obiurgandi.

Convertâ præterea me quoq; ad vos viri Reverendi,
clarissimi, præstantissimi, officio se rogitans, ut præ-
cibus vestris quotidianis nos cum juventute, nobis de-
mandata, includatis piûmq; nostrum studium pro vi-
ribus provehendum suscipiatis. Preces namq; piorum
à pia & casta mente ad Deum fusæ, cuncta, uti novi-
stis ipsimet, efficiant, cuncta impetrèt etiam alteri pia,
justa, honesta, vincendo invincibilem, & ligando om-
nipotentem, quemadmodum patres locuti sunt ele-
gantissimè. Quamvis verò non semper exaudiantur
ad voluntatem nostram, exaudiantur tamen ad utilita-
tem, & tunc illas revera etiam exauditas esse quilibet
pius sibi persuadeat indubitato. De qua specie exaudi-
tionis Divus August: loquitur tractatu 73. in Ioha:
aliquando Deus exaudire preces nostras dicitur, dum
negat & renuit facere, quod petimus, quod tunc fit,
qu ar do

3. A. mi-
nisterio

I.

per pre-
ces ardè-
tes.

Matt. 16
Iaco. 5.

Genes.

32.

August.
tract. 73.
in Ioha.

quando petimus ea, quæ putamus utilia nobis futura,
& revera non sunt, sed potius noxia. Interdum ita
exaudit Deus, ut statim satisfaciatur voluntati nostræ,
quando nimirum videt, rem petitam inservire suæ glo-
riæ, Ecclesiæ ædificationi, & nostræ utilitati.

At enim verò, quid magis vergat in Dei gloriam,
quàm fidelis floridæ juventutis educatio? quid magis
cedat in Ecclesiæ ædificationem, quam fidelis teneræ
juventutis informatio? Quid magis promoveat nostri
nostrorumq; salutem & utilitatem, quam fidelis vitæ
juventutis malæ emendatio? Parentes plurimi sæpè
cogitationes tantum suscipiunt de accumulando au-
ro, argentoq; immò tantis nummorum acervis con-
struendis, ut amplius non adnumerentur, sed ap-
pendantur pecuniæ posteritati relinquendæ. Opinan-
tes tunc & infallibiliter secundum suam opinionem
colligentes, se optimè suis liberis prospexisse, officioq;
suo satisfecisse optimè. Sed fallunt miseri miserimos li-
beros & falluntur pessimè, cum illud adhuc illis desit,
quo Deo ac proximo utiles esse, quo ab indoctis &
barbaris, quo ab insipientibus & vitiis contaminatis,
discerni potuissent,

Adjuvate igitur vos viri Reverendi, clarissimi, præ-
stantissimi, adjuvate, inquam, vestris precibus, vestris
consiliis, vestris auxiliis, quantum valueritis officiumq;
vestrum permiserit, quo nihil intermittatur, quod tale

Eph. i.

quidpiam præcavere conatusq; nostros promovere possit. Nos vicissim non sumus intermissuri precibus nostris DEUM fatigare ardentissimis, ut benedictus Deus & pater Domini nostri IESU Christi, qui benedixit nobis omni benedictione spiritali in cœlestibus, vobis quoq; & laboribus vestris benedicere dignetur, vos Spiritu S^o regere, tegere, ac ducere, in omnem veritatem, ut verbum eius purè annuncietis, Sacramenta integrè administretis, adversariis ne in minimo cedatis, à verbo, in scriptis, prophetarum & Apostolorum cōprehensio, ne latum quidem unguem discedatis, sed in veritate semel agnita & recepta, ad extremum usq; halitum maneatis & constantissimè perseveretis.

4. Ab in
clyto et
Nobil.
senatu
per

1. bene-
volentia

Compellarem nunc deniq; viros Magnificos, Nobilissimos, Amplissimos, consultissimos, si diutius illos detinere auderem, & initio illis gratias agerem & haberem, non quantas deberem, sed quantas mente & animo concipere possem maximas, quod ad arduum hoc munus, licet laborum ac molestiarum plenissimum, me voluerint vocare, vocatum in hac cathedra collocare, collocatum plenaria ea, qua decet, potestate & auctoritate exornare, quo aliquando spes de me, qui tanto officio præfectus, concepta nulli mortalium imponeret, sed fructus virtutum & studiorum, quorum radices quidem amaræ, produceret dulcissimos & saluberrimos. Deinde Magnificentias vestras ac Nobilitatem

vellem rogatas officio filissime, ut mihi studiisq; meis in
posterum favere, ad altiora me, sicuti promittere haut
fuerunt gravata, evehere, & adversariis fudes in oculis
esse velint ac pergant. Pergant quoq; velim autoritate
& severitate mihi adesse, quo optima disciplina colatur
& conservetur, quo boni juventur & promoveantur:
mali verò coerceantur, & tanquam membra putrida,
ne pars sincera trahatur, resecentur & averruncentur.
Quæ sanè magnà si à vestris Magnific: ac Nobilit:, uti
nullus dubito, impetravero, nullum munus Reip. af-
ferre maius, meliusve possunt, nec me gratius Deo ve-
strisq; Magnif. offerre posse arbitror, gratitudinem me-
am erga Deum ter optimum maximum vestrasq; Ma-
gnific: ac Nobilit: declarando, quàm docendo & infor-
mando juventutem, iis præsertim moribus atq; tem-
poribus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus re-
frænata, nihilominus sæpissimè ita conspiciatur indu-
rata, ut maxima eius pars, nullis fermè commoveatur
promissis, nullis afficiatur beneficiis, nullis terreatur
minis, nullisq; emendetur plagis. Vbi tamen non ita
relinquenda, ut genio suo indulgeat, omnibus mole-
sta esse pergat, & quævis delicta, etiam pessima perpe-
trare audeat: Sed magis omnibus modis laborandum,
ut coepto pessimo desistat, inq; viam tandem opti-
mam reducat. Quod igitur & hucusq; unicè egerunt
Magnificentia vestra, & jam quoq; agant velim, ut

2. Auto-
ritatem
& severi-
tatem.

Da
mus
man a
ber als
terley
Haf
vñ netd
auf sich
laden.
A t recte
faciedo.

ne Dia-
bolū ti-
meas:
magisq;
deo quā
homini-
b9 obe-
diendū
censeas.
Acto. 5.
3. liberal.

Gratia-
rū actio.

Prov. 9.
Rom. 17.
Luc. 21.
Acto. 16.
Pfal. 90.
Pfal 126.
Exo. 20.

Pfal. 85

studia saltem pietatis & humanioris literaturæ juventu-
tis salute permotæ, sua liberalitate & favore promove-
ant, ansamq; mihi sic præbeant suas semper laudes &
virtutes decantandi, simulq; cum poeta exoptandi:

*O mihi tam longa maneat pars ultima vite
Spiritus, ut possim virtutes dicere vestras,
Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus,*

Quæ verò cumq; hætenus in me singularitur col-
locata voluerunt beneficia Magn: ac Nobilit: vestræ,
illa, Magnific: vestr: cuncta Deus omnis boni remu-
nerator, nihil unquam irremuneratum relicturus, ac-
cumulatè compensabit cum precibus ipsum solici-
tem ardentissimis, ita, ut largiatur in clyto ac Nobilif-
simo Senatui sapientiam & Prudentiam subditos re-
gendi, subditis animum fidelem in illis, quæ justitiæ
congruunt, obsecrandi: Reverendo Ministerio
scholæq; gubernacula tenentibus *σοφία καὶ σοφίαν*,
auditoribus desiderium eloquia sua & magnalia, ut ly-
diæ, audiendi: patribus familias divinam benedictio-
nem: piis conjugibus concordiam: juventuti erga su-
periores reverentiam etc. Quo misericordia tandem &
veritas sibi obvient: justitia & pax sese osculentur, quo
veritas de terra oriatur & justitia de cælo prospiciat:
Quo Dominus etiam det bona & terra nostra
suos proventus: Quo in religione saltem puritas, in
regione

regione & mœnibus nostris saltem pax & tranquillitas, in emptione & venditione terra mariq; saltem felicitas sentiatur & conservetur.

O DEUS mitericordissime miserere nostri, & tuere illos cum suis, quos modo divinæ tuæ protectioni commendavimus omnes, & largire universis ac singulis, quæ tibi placent & illis salutaria, aufer quoq; quæ tibi displicent, & illis noxia fore prævidisti: perfice, quæ sumus, bonum, quod in nobis cœpisti, opus, nec desere peculium quod tibi hac etiam in civitate eligere voluisti: prohibe hostes nostros, ne machinationibus illorum sancta tua congregatio dissipetur, nomenq; tuū inter nostros ab illis postea blasphemetur: sed pone illis circulum in naribus & frantum in labiis eorum, ne limites, à te præfixos, transilire possint. Concede clementissimè, ut, qui non repugnant, sed ignoranter in tenebris versantur, ex illis eruantur & convertantur: Qui verò spiritui S nunquam non resistere scientes volentes pergunt, hi certè puniantur gravissimè, & si prorsus converti renuunt, ad inferos tandem, justo DEI judicio reservatos, detrudantur.

A quibus ò DEUS Pater, qui creasti nos ad æternam beatitudinem, semper possidendam, tuere nos cum primis nostram juventutem & simpliciores: O DEUS Fili, qui redemisti nos ad amissam & vicissim instauratam obtinendam, tuere nos, cum primis no-

Luc. 9.
Psal. 68.
Rom. II.
Ioh. 7.

nostram juventutem & simpliciores: O DE-
VS Spiritus sancte, qui sanctificasti nos ad instaurationem
obsignandam, tuere nos, cum primis nostram
juventutem & simpliciores, seductu faciles, cum blandimentis
ad istud animæ venenum alliciantur: O sacra sancta Trinitas,
conserva nos tandem ad extremum usque, halitum in veritate
semel agnita & receptam, ut vitam transigamus tranquillam,
terminemus beatam, incipiamus gloriolam, continuemus aeternam,
cum coronam iustitiæ, coronam vitæ, coronam gloriæ, secularis
duraturam infinitis nobis & omnibus electis, repositam esse
certo, certo, inquam, sciamus & credamus.

DIXI.



I. Tim:
4.

Sequuntur carmina gratulatoria
ab amicis scripta & missa
ad præstantissimum virum,
Dominum

M. AGGAEVM FRIDERICI,
FRISIVM ORIENTALEM S. S. THE-
ologiae Candidatum, Ex alma VViteberga
Scholæ Rigensis in Livonia Rectorem vocatum,
Amicum æternum observandum.



Aggae Aonidum prælustri ocellæ sororum,
Idemq; gloria Eusebææ cælicæ:
Parta gratabar tibi nuper adoredâ, ad Albini
Qua te merentem ornabat alma Leucoris.
Gratabar, sumptiq; tibi studii atq; laboris
Simul ominabar ampliora premia,
Protinus eventum, nec enim prius illa fefellit,
Sortita fausta apparet ominatio.
Nam te Livoni, pietate & fortibus armis
Acres, vocant doctum juventam nobilem.
Metropolis Riga muros ubi Duna superbos
Unda ferace navium pulsât, heat.
Vade bonis avibus, ventos tibi fova secundos
Indulgeat, tutoq; sistat littori:
Ut fructum multum facias Borealibus oris,
Sis utilis Scholis, piisq; Ecclesiis.

*Hic te prosequimur votis, Aggae, sed illis
Iova annuat ter optimus. vade & vale.*

M. Henricus Eckstormius P. Cor. amoris
& *ἱππῆμις* ergo F. Walkenredæ.

TEUCRION

The senger ihe lieber



Flos Minervæ, hoc est, Doctrina & artium.

Ringenis dum iussa Scholæ moderamina inibas,

O Aggae sacrae dedite militiæ :

Gratamur merito tibi sacris dedita Musis

Turba : sit ut felix, quod meditaris iter,

Artibus ingenium coluisti, in flore juventæ

Qui debetur honos artibus, ille tibi est.

Clara Magisterij talem cui pulpita honorem

A signant, clari sacra fovere chori,

Et lato in Sophiæ campo exercere palæstram,

Vt sua sit studiis gloria, palma Deo.

Hic operam ut facias magnam rem gnaviter urge

Ceu monet ingenij vena nitorq; tibi.

Posthabitis rerumq; tricis, falsisq; repertis

Quæ spargit Iesu quæ rea facta cohors.

De sue portendens genus, ut fera scropha Suias

Damone profudit foeta parente parens.

Contra animis iusta, calamosq; audace refutans.

A virtute viro nomina digna geras.

Militiæq; hac sorte tuæ felicia spectes

Agmina, & ex studiis augmina clara tuis.

Vt Christo sua sint, inimicæq; castra fatiscant

Et sue dispercat facta parente domus :

Tuq; adeo, cui tanta animis Livonia inhæsit

Cura Dei, & veri sacra fovere Dei.

Hospite lato novo sis adventante : sed illum

Vt foveas, animi signa foventis habe.

Huius ab eventu, tua perpetuetur honorum

Fama, recens sero nata Ne pote domus e

Doct.

Doctrina solidis innixa domusq; columnis

Fila, suo felix hospite, & auspicio.

Causa ope nanq; labat res publica, & hausta fatiscit.

Quæ non doctrinae firma, nec artis ope.

Ergo Artes reverenter habere Deumq; vereri

Vna est praesidiis tuta columna suis.

Pulchrior haud toto flos orbe vigeskit, & ævo

Quam quæ de studiis nomina clara gerit.

Ille est urbis honos, decus urbis & unicus ille est.

Ille securura stirpis & unus honos.

Hunc sibi vestra domus, læto scd foedere amorum

lungat, & æternum, quò revirescat, habet.

Cætera dum Mundi decora in sese hausta labascunt.

Et quæ magna prius parva favilla, nihil.

Hic manet ex sero pulcherrimus exit & ævo,

Quò magè sera mora est, hoc magè grata mora est.

Teucrion huic nomen, non marcescentis ab usu

Germinis, & decus est floris, & Artis honos.

Henricus Bolschenius. I. V. D. & P. Caf



T qua nunc Duna fluvius miscetur Eoo

Ponto, te exoptat Riga præesse Schole.

Vade piis avibus, multumq; operante Ichore.

Expromas fructum fertili ab ingenio.

Ponite nunc omnes venti, tacitq; favete.

Deducens unus spiret & aura juvet.

Dum meus Aggæus scopulos prætervehit: at tu

Nunc divise loco haut divide amicitiam:

Integra sincero, verum hæc in pectore dures,

Nunc grator, portum cymba secunda tenets.

M. Dicnysius Friedeborn Pastor & præpositus

Greiffenberg. Collegæ quondam jucundiss:

ETFESTIVVM & PACE VBER tibi gratia nomen


Dia, & spes dives, dives Honore dedit.

Sed rebus ut titulo quadraret, desino tandem.

Inquit Relligio, mole gravare meum.

PHILOSOPHVS nomen titulusq; folemne celebrat,
Dux & pacificæ gestiat arte Scholæ
Dixit: ut angustis angusta hæc subdidit, und
PHILOSOPHVS RECTOR luce MAGISTER abit,
Fausse abeat, spartamq; adeat precor unice honestam,
Christianæ & formet pignora festa fidæ.
Compescat rigidam placida virtute iuventam,
Festa & festivus Rectoris urbis erit.
M. Sigismundus Evenius Scholæ Halensis
Sax: Rector

E Cquis Rectorem dignis extollere possit
Laudibus, & versu condecorare satis?
Huius magna viri docti est præstantia, propter
Et lingua dotes, acris & ingenij,
Est testis scriptum præfens, sic testis abunde
Si quis scripta viri volvere cuncta velit.
Si ingenio & lingua res tales edere perget,
Urbe in hæc claro nomine notus erit.
Quisquis es, hocce legens scriptum, Authoris memor
Atq; illi grates officiosus age. (esto
M. Ioachimus Kippius Collega Scholæ Rig.
Dno. suo Compatri F.

 Ratum opus est Christo, teneram formare ju-
Nec labor in toto sanctior orbe fuit. (ventâ)
Quod si sceptrâ tenēs, regni Moderator & Au-
Inde honos & victus copia semper adest, (etor)
Hinc pater æthereus cunctorum Rector & Auctor
Iam quoq; concedit: providet ipse tibi, Te

Te dum constituit Rectorem Riga celebris,
Sceptraq; laudata tradidit ipsa Scholæ;
Ecce gradum sequitur promotio, lausq; favorq;
Sic doctrina beat: gloria magna venit.
Fortunam reverenter habe, qui ductus honorem
Quærens, præclari nomen habere cupis-
Namq; Deus justus rerum cui summa potestas,
Despicit usq; malos, respicit usq; bonos.
Adsis ergo, suo ut fungatur munere Christe
Rector: erit fructus copia magna tibi.
Auspice te procedet opus, teq; auspice tutum
Carpet iter, felix, te & duce salvus erit.
Audiat orantem rerum moderator & auctor,
Et Gnatus votis annuat ipse meis.
Sit maneatq; diu felix, & Nestoris annos
Compleat, ut felix sit maneatq; diu.
Te Deus aline colit, te puro corde celebrat,
Hoc precor, hoc opto, dulcis amice: vale.

*Wigbertus Iohannis Dithmarsus Scholæ
Meldorpiensis in. Dithm. Moderator.*



*M*irus ut est Dominus regimen quis noverit eius,
Tandem ni pandat sensa paterna piis
*H*aggæ innumeris virtutum dotibus aucte
Comprobat hoc instans per freta servida iter

A vocat hinc dum te celeberrima Riga Livonis,
 Sacrum telluris quæ caput atq; decus.
G rande iter, hoc fateor, ventosa per aquora nare!
 Integer at vita nulla pericla timet.
G ratus eris, optatus eris, dum veneris illuc,
 Riga suos celebris scit coluisse viros.
A tber te facilis comitabitur, Æolus ipse
 Mitis erit, præsens Jova supremus adest.
V t Dominum sensit Ibarsensis Apostolus aquæ
 Præsentem, tranans turbida classe freta.
S at jussus siquidem E motus gravitate virorum
 Vir pietatis amans hoc iter aggredieris.
F austa precabuntur Riga tibi mœnia celsæ
 Te viso, Schola te gessit habere virum.
R ectorem, studiosa cohors ex corde vocare
 Te gaudet, gaudet te vocitare patrem.
I ncola te quivis venturum expectat, anbelant
 Cum senibus juvenes doctus E ordo sacer.
D icam quod res est, quid enim reticere jurabit:
 TE SCHOLA, TE TEMPLVM, TE DOMVS OMNIS A-
E rgo Deo fidens, tu, doctor gentium ut olim, (MAT.)
 Mitteris à Jova, suscipe latus iter.
R igenses in vise viros in religione
 Constantes, quorum nomina ad astra volant.
I nterim ego, fateor, sum tristis mœstus E ager,
 Dum te conspectu subtrahis ipse meo:

C andide vir quid agam? supremum in vota vocabar
 Illico det comites cœlica castra tibi.
I pse spes lux, dux tenera doctaq; juvent
 Doctrinâ, vitâ moribus atq; bonis.
F ervidus ut doceas Musarum & Apollinis artes,
 Fervidus ut doceas dogmata sacra Dei.
R iga labens pro sudore hoc grandiq; labore,
 Haggæ ô referet grandia dona tibi.
I mmenusq; pater cuius sunt omnia nostra
 Ceu fidum œconomum te super astra trahet.
S upremâ fidis merces servatur in arce
 Munera largitur larga Jehova bonis!
I pede felici, suscepto & munere fortis
 Fungere. Tu JESU dirige queso viam!
V tq; sit incolumis meus intimus ille HAGGÆus
 Sitq; super te te supplice voce precor!
S icte, dimidium vitæ, commendo JEHOVÆ
 HAGGÆE. bant lacryma scribere plura sinunt.

VValckenredæ ab Hermanno Barrami
 P. L. Conrectore ibidem.



Certa fides dicti cultori reddit honorem,
 Astripotens, frustra nec finit esse pium.
 Spes æterna pius manet, affulgetq; fugaci
 Attamen huic vitæ, gratia sæpe Dei.
 Ergo cum pietas fuerit tua juncta labori,
 Officij accipias munera grata tui.

Vtq; Deus dedit, inceptum sic seruet honorem,
Enumeres multos ac sine lite dies.
Felix discessus sit Rigiaciq; Lycæi
Erudias pubem cum pietate, vale.
Johann. Rueff Lavinga-palatimus Pastor.



Vanam, Aggae, tuam vertit sententia mentē,
Nunc tristē à caris discessū intendere multis?
Hoc te ventoso committere tempore Ponto:
Et petere ignotosq; homines, terramq; remotam?
Hoc te ne veris ne fallat amabile tempus!
Sapius adversis mixtis Aquilonibus Austris
Circumactus miser est, anno vernante, viator.
Qua tibi causa abitūs? Nunquid pertasus amoris
Es nostri? non es, certò quod novimus omnes:
Ita tuam semper fugit inconstantia mentem,
Nonne tua ulterius Patria vicinior ora,
Vel nostræ doctus terra nutrire valerent?
Quamve tibi tantam dicam causam esse migrandi?
Non (inquis) justo vacui sunt pondere nostri
Conatus, nec ad hos vanus me casus adegit,
Ipse Deus, prudens, ubi nostram cunq; locorum
Vivere vult quemvis, ponens, nil tale putantem,
Ignotum ignotos procul hinc me fecit adire.
Magnā commemoras causam, quā plurima contra
Dicere non impune potest, non hiscere quisquam.

Nosq;

Nosq; tibi ex animi gratati hoc nomine mente
Divina menti mentem jam apponimus ultrô,
Ut fas est, nostram, tibiq; assentimus eunti.

Vos, venti, immanis flatus cohibete furentem
Saviciam: genialis amabilis aura Favoni,
Leniter adspira mitis: tu Phœbe, sereno
Lumine purpureum sine nubibus aethera serua:
Continuata satis species ut verna dierum,
Strataq; jucundis ventis equaliter unda,
Illæsum portet nostrum, quo tendit, amicum.

Tuq; abiture, mei, dum fata, Deus volebat,
In casus omnes solidissima, maxima cura,
I cursu fausto felix aurisq; secundis,
Quo Deus ipse vocat, quo te vocat inclyta virtus:
Iam peregrinus ad felicia rura Livonum,
Multiplicis celebris virtutis nomine dudum
Clarorum, atq; Deo commissa fideliter urge
Munia, Rigensemq; doce cum laude juventam.
Cumq; mihi junctus tecum comes ire negatur,
I memor usq; tui memoris, longumq; superstes:
Longum, adamande, vale: bis, terq; AGGÆE.
(valeto.)

Lucas Eclormius Walcken-
redensis.

Menda sic emendentur gravi ora: p.2.f.a.l.i. pro illi lege hi. p.2.f.a.l.17. pro 7,l.
7.p.3.f.b.l.7. l. fructuosissimum p.4.f.b.l.20. pro 6 l. cum p. 18.f. b.l.5.l.
erant: leviora alia æquus lector ipse emendabit.